

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Detrimentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A SILENTIUM OPPORTUNUM. CAP. XXXII.

Neque hoc ab Aegyptiis observatum, ut silentium in tempore servatum, per Anserem, qui lapillum rostro apprenderit, significetur. Avis enim hæc, quæ clamore graviter obstreperi fere semper clangit, ut etiam inter pascendum silere nequeat, exemplo est humano generi taciturnitatis etiam, ubi res exigit, observanda: quippe quæ salutem suam alto interdum silentio tueri solet. Illæ siquidem, ut Ammianus author est, ab Orientali calore invalefcente, in Occiduum plagam transire consueverunt, cumque Taurum montem Aquilis abundantem penetrare coepint, fortissimarum volucrum vim pertimescentes rostra sua lapillis occludunt, ne ulla vel extrema necessitate clangor elici possit: iisdemque collibus agiliore volatu transcursis, tutum jam iter nocte, calculos projiciunt. Neque me paterit, eruditissimum virum de disciplinis omnibus & politioribus etiam literis optime meritum, hæc, quæ Ammianus de Anseribus scribit, Gruum esse asteverare, quod alii viderint. Res hæc mihi suggesterit in memoriam non imprudens Aristotelis consilium, quod Callistheni secessor, & propinquo suo dedit, cum eum ad Regem Alexandrum mitteret: admonuit enim hominem, ut quam rarissime, & id jucunde, apud eum loquere, qui vita potestam & necis in acie linguae gestaret.



Anserum hic industria.

B *Plaut. in Alexandro. Val. Max. lib. i. c. 8. Aristoteli consilium.*

IMPROBITAS. CAP. XXXIII.

Alioquin Anser in vaticiniis, & rerum aliarum elegiis, improbitatem quandam præ se ferre videtur. Hinc Homer in somni præfigitione, procos per Anseres innuit, ejusque inauspicata garrulitas & à Virgilio, & à Propertio quibusdam vietio data est. Aversum enim adeo est à poetis studiis Anseris in genium, ut Phœbeam arborem laurum, quam sibi exitiale, si ejus foliis vescatur, intelligit, pertinacissime fugiat. Nam cum natura sit admodum calidus, liquidis & frigidis delectatur cibis, lavationesq; amat, & ea declinat, quæ perniciem afferre possint. Laurum vero igneum esse suo loco diximus. Non dissimulabo, quod ad procos attinet, inventa aliquando in Anseribus amoris erga homines exempla, ut proditum de eo, qui puerum Amphicholum Olenium genere deperierit, quod & Clearchus & Theophrastus testatum reliquere. Et Glaucen Ptolemaei Regis citharistriam memorat Plinius, quam Anser, & eodem tempore Aries etiam, adamant. Alius Lacydi Philosopho comes perpetuo dicitur adhæsse, ut nusquam ab eo non

Laurus ini-
mica Anseri

*Menniae
Alian. lib.
p. c. 39. 5.
Plin. lib. 16.
cap. 22.*

DETRIMENTUM. CAP. XXXIV.

Dicit & detrementi hieroglyphicum Anser pascens: propterea quod quacumque ille oletum suum sparserit, adurere omnia soleat: neque quicquam magis vel satis vel pratis officere, quam si eo pabulatum anseres immittantur. Quinetiam eorum sterlus, si muria dissolvatur, & oleribus inspergatur, omnia vitiabit. Tum Anser ille poetarum perditissimus, qui inter Olores satis cum impudenteria strepere notatur à Marone, à Cicerone quoque carpitur: quod illi Falernum fundum Antonius dono dedisset: quod nisi & improbus, & perditorum morum fuisset, conjectura est Antonium id minime facturum: eoque spectat Ciceronianum illud in Antonium, *Anseres de Falerno depellendi sunt,*

ACCUSATOR INANIS. CAP. XXXV.

Et ne longius ab eo digrediamur, apud eundem oratione pro Sex. Roscio, Anserem invenias *accusato-*
rum dixer-
rum possum, qui obstrepat tantum nocte tamen nihil, cum Canis non tantum allaret, sed sa ratio.